Consideranti, quomodo munere ad me delato, ut annalibus his scholasticis pauca praemitterem, ea qua par esset diligentia fungerer, in mentem mihi venerat, ut codicem quendam XV. saeculi manu scriptum, quo Lerbeccii historia Comitum Schauenburgensium vernaculae linguae reddita continetur, in Principis nostri Serenissimi bibliotheca cui praesum asservatum neque quod sciam a viris doctis ad hoc tempus satis cognitum in lucem proferrem notulisque et res et linguam qua conscriptus est illustrantibus adornarem; sed res secus cecidit. Opusculum enim ad unguem ut dicunt perfectum fines hujusce libelli consuetos transgredi visum monitus a typographo, quem et otium, ut ad tempus constitutum librum absolveret, et inusitatae litterarum formae, quibus opus erat, deficerent, in proximum annum reposui. En igitur parergon quoddam, quod, quamquam privato scholae nostrae usui conscriptum nostros transgressurum parietes nunquam speraveram, haud scio an nonnullis, qui antiquitatibus Romanis studium navaverunt, viris doctis paullulum afferre queat emolumenti. Nam inter nummos ab imperatoribus Romanis incusos, quos in gymnasii bibliotheca asservatos descripsi, extant alii, qui, quum haud usquam fere depicti inveniantur, inter minus notos recensendi videntur, alii, quos prope oppidum nostrum nuper inventos aliqua commemoratione dignos putavi; quo ex numero ut reliquos omittam, cum Honorii nummus est aureus (nr. 239), effigiei elegantia et litterarum perspicuitate inter ceteros insignis et tribus abhinc annis fausto quodam casu humo effossus, tum Domitiani argenteus (nr. 65), paucis annis ante rustici rastro erutus, a nobili quodam hujus urbis cive, cujus gratissimam populares memoriam jure retinent, liberalissime scholae nostrae oblatus. Fere omnes enim, ut haec addam, quibus schola gaudet nummi egregiae fautorum quorundam benignitati debentur, quibus, quam pio gratoque animo oblatos colamus, hae schedae sint documento.

Jam, priusquam rem aggrediar, libros commemorabo, quos ad nummos accuratius illustrandos pervolvi singulisque subjunxi, non quo credam, eximiam praeter ceteros illis inesse auctoritatem, sed quod ejusmodi librorum quae apud nos est penuria, ne aliis iisque praestantioribus uterer, prohibuit. Sunt autem hi:

Beger. = Regum et Imperatorum Romanorum numismata cura Ducis Croyiaci olim congesta Rubenii commentario illustrata subjectis Begeri annotationibus. Colon. Brandenb. 1700. fol.

Beg. Thes. Brand. = L. Begerus, Thesaurus Brandenburgicus selectus. 3 Voll. Colon. Marchiae 1696. fol.

Brumm. = J. A. Brummer, Antiquarii Creuzeriani numos veteres Romanos familiarum imperatorumque usque ad Gordianum I. rec. Prolusio indici schol. praemissa. Heidelb. 1838.

Cat. Bent. = Catalogue d'une collection de médailles antiques, faite par la Comtesse Douair. de Bentinck. Deux parties. Amsterd. 1787. 4.

Mionnet. = Mionnet, De la rareté et du prix des médailles romaines. Paris 1815.

Patin. = C. Patinus, Imperatorum Romanorum numismata ex aere mediae et minimae formae. Paris 1697. fol.

Rasche = J. C. Rasche, Lexicon universae rei numariae veterum. 7 Voll. Lips. 1785—1805.

Vaillant. Num. praest. = J. Vaillant, Numismata imperatorum Romanorum praestantiora. Ed. sec. 2 Voll. Lut. Paris. 1692. 4.

Vaillant. Sel. num. = J. Vaillant, Selectiora numismata in aere maximi moduli. Paris. 1694. 4.

Wichm. = (J. G. von Wichmannshausen) Catalogus von theils alten raren Griechisch und Römischen Müntzen. s. l. 1746.

Zantan. = (Zantanus) Primorum XII Caesarum verissimae imagines ex antiquis numismatibus desumptae. Ed. 3. Romae 1614 4.

# Imperatorum Romanorum nummi qui in schola nostra asservantur.

## Jul. Caesar.

1. C. CAESAR. DICT. PERPETVO. Cap. laureat. ad d. )( L. BVCA. Caduceus alatus et fasces decussatim positi; securis, dextrae junctae, orbis terrarum intermedii. AE, I.

   Beger. tab. 2, 15 et 18. — Inter nummos Cavinianos vel Paduanos recenset Wichm. p. CLXXIIII Nr. 2. — Beg. Thes. Brand. II p. 601. III p. 86. — (Zantan. AA, II, 17.)

2. DIVI. IVLI. Cap. laureat. ad d., pone lituus. )( Imperator in quadrigis elephantis tractis stans, supra Victoria (?), infra S. C. AE, I.

   Zantan. A, I, 1. — Beger. tab. 2, 19.

## Augustus.

3. Cap. Aug. laureat. ad d. )( Duae figg. stantes hastas puras et clipeos gerentes, inter quas simpulum et lituus. AR.

   Wichm. p. XXXVIII Nr. 36. — Zantan. BB, III, 28. — Brumm. p. 14 Nr. 6. — Beger. tab. 12, 2. — Mionnet. p. 74.

4. CAESAR. AVGVST. PONT. MAX. TRIBVNIC. POT. Cap. Aug. nud. ad d. )( M. MAECILIVS. TVLLVS. III. VIR. A. A. A. F. F. In area S. C. AE, II.

   Wichm. p. XXIIII Nr. 93. — Brumm. p. 14 Nr. 10. — Vaillant. Num. praest. I p. 3.

5. Cap. Aug. nud. ad s. Epigraphe detrita. )( . . . . . CILIVS. TVLLVS. III. VIR . . . In area S. C. AE, II.
6. DIVVS. AVGVSTVS. PATER. Cap. radiat. ad s. )( PROVIDENTia. Ara. S. C. AE, II.

   Brumm. p. 15 Nr. 14. — Zantan. B, II, 13. — Cat. Bent. I p. 367. — Beger. tab. 16, 23.

7—9. Idem nummus.

10. BILBILIS. Cap. Aug. ad d. )( ITALICA. Eques hastam tenens dextrorsum currens. AE, II.

    cf. Nr. 16. — Patin. p. 27.

11. IMP. DIV. F. Capita Augusti et Agrippae aversa et laureat. )( COL. NEM. Crocodilus palmae alligatus. AE, II.

    Nummus Coloniae Nemausi — Wichm. p. XXXVII Nr. 31. — Zantan. B, IIII, 43. — Cat. Bent. I p. 367. II p. 955. — Beger. tab. 16, 3. 4.

## M. Agrippa.

12. M. AGRIPPA. L. F. COS. III. Cap. Agr. corona rostrata insigne ad s. )( S. C. Neptunus nud. stans d. delphinum, s. tridentem tenet. AE, II.

Wichm. p. XXXVIIII Nr. 35. — Brumm. p. 15 Nr. 23. — Cat. Bent. I p. 372.

13. Idem nummus.

## Tiberius.

14. TI. CAESAR. AVGVSTI. F. IMPERATOR. V. (Litteris extrinsecus versis) Cap. Tib. nud. ad s. )( ROM. ET. AVG. Ara inter duas Victorias basi insistentes. AE, I.

Zant. C, II, 16. — Vaillant. Num. praest. I p. 9. — (Wichm. p. XLI Nr. 52.)

15. TI. CAESAR. DIVI. AVG. F. AVGVS . . . Cap. Tib. laureat. ad s. )( PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XXXVII. Caduceus alatus. S. C. AE, II.
16. TI. CAESAR. DIVI. AVGVSTI. F. A. . . (Litteris extrinsecus versis) Cap. Tib. nud. ad d. )( MV. AVGVSTA. Bilbilis. C. POM. CAPE. C. VALE. TRANQ. In corona querna II. VIR. Æ, II.

Nummus municipii Augustae Bilbilis Celtiberorum in Hispania Tarraconensi. Plin. Hist. Nat. 34, 14. — Rasche I, 1 p. 1533.

## Drusus (Tiberii filius).

17. DRVSVS. CAESAR. TI. AVG. F. DIVI. AVG. N. Cap. Drusi nud. ad s. )( PONTIF. TRIBVN. POTEST. ITER. In area S. C. Æ, II.

Beg. Thes. Brand. II p. 615 — (Wichm. p. XLII Nr. 57.)

18. Idem nummus.

## Germanicus.

19. GERMANICVS. CAESAR. TI. AVGVST. F. DIVI. AVg. n. Cap. nud. ad s. )( . . . CAESAR. AVG. GERMANICVS. PONT. . . In area S. C. AE, II.

Nummus signo incusus.

20. Eadem epigraphe. Cap. nud. ad d. )( TI. CLAVDIVS. CAESAR. AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P. In area S. C. AE, II.

Wichm. p. XLII Nr. 61. — Brumm. p. 16 Nr. 32. — Patin. p. 64. — Vaillant. Num. praest. I p. 14. — Beg. Thes. Brand. II p. 615. — (Cat. Bent. I p. 374.)

21. GERMANICVS. CAESAR. Germanicus in quadrigis triumphalibus ad d. )( SIGNIS. RECEPT. DEVICTIS. GERM. S. C. Imperator paludatus stans ad s. d. elata. s. aquilam legionariam tenet. AE, II.

Wichm. p. XLII Nr. 59. — Brumm. p. 16 Nr. 31. — Patin. l. l. — Cat. Bent. I p. 375. — Beger. tab. 18, 14. 15. — Beg. Thes. Brand. II p. 615.

## Agrippina (Germanici uxor).

22. AGRIPPINA. M. F. GERMANICI. CAESARIS. Cap. Agrippinae nud. ad d. )( S. P. Q. R. MEMORIAE. AGRIPPINAE. Carpentum duabus mulis tractum ad s. AE, I.
    Wichm. p. XLII Nr. 63. — Beger. tab. 18, 17. — (Beg. Thes. Brand. II p. 616.)

## Caligula.

23. C. CAESAR. AVG. GERMANICVS. PON. M. TR. POT. Cap. nud. ad s. )( VESTA. S. C. Vesta sedens ad s., d. pateram, s. hastam tenet. AE, II.
    Brumm. p. 17 Nr. 34.
24. C. CAESAR. DIVI. AVG. PRON. AVG. P. M. TR. P. IIII. P. P. Cap. nud. ad s. )( Eadem aversa ut nr. 23. AE, II.
    Zantan. D, I, 8. — Cat. Bent. I p. 381.
25. Idem nummus.
26. . . . . AR. DIVI. AVG. PRON. AVG. Pileus inter S. C. )( PON. M. TR. P. III. P. P. COS. TERT. In area R. C. C. AE, III.
    Wichm. p. XLIII Nr. 77 hunc nummum rarissimum testatur. — Zantan. D, I, 9 (& 10). — (Beg. Thes. Brand. II p. 617.)

## Claudius.

27. TI. CLAVdius. CAESAR. AVG. P. M. TR. P. IMP. Cap. nud. ad s. )( CERES. AVGVSTA. Ceres sedens d. spicas, s. taedam transversam tenet. S. C. AE, II.
    Cat. Bent. I p. 382. — (Wichm. p. XLV Nr. 81.)
28. Eadem adversa )( COnstantiAE. AVGVSTI. Fig. galeat. et palud. stans, elata d. digitum indicem vultui admovens, s. hastam tenens. S. C. AE, II.
    Wichm. p. XLV Nr. 83. — Brumm. p. 17 Nr. 37. — Zantan. E, I, 6. — Cat. Bent. I p. 382. — Beger. tab. 19, 12. — Beg. Thes. Brand. II p. 621.
29. Eadem adversa )( Minerva propugnatrix. S. C. AE, II.
    Zantan. E, I, 7. — Cat. Bent. I p. 382. — Beg. Thes. Brand. II p. 621. — (Wichm. p. XLV Nr. 85. — Brumm. p. 18 Nr. 40. — Vaillant. Num. praest. I p. 18.)

30—32. Idem nummus.

33. TI. CLAVDIVS. CAESAR. AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. Cap. nud. ad s. )( LIBERTAS. AVGVSTA. Libertas stans d. pileum tenens, s. extenta. S. C. AE, II.
    Wichm. p. XLV Nr. 84. — Brumm. p. 18 Nr. 38. — Zantan. E, I, 4. — Cat. Bent. I p. 383.
34. TI. CLAVDIVS. CAESAR. AVG. Vas frumentarium sive modius. )( PON. M. TR. P. IMP. COS. DES. IT. In area S. C. AE, III.
    Wichm. p. XLV Nr. 87. — Cat. Bent. I p. 568.

## Nero.

35. NERO. CLAVDIVS. CAESAR. AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P. Cap. Neronis laureat. ad d. )( DECVRSIO. Duo equites decurrentes ad d., quorum alter hastam, alter labarum tenet. S. C. AE, I.

Brumm. p. 19 Nr. 45. — Zantan. F, I, 2. — Vaillant. Num. praest. I p. 21. — Cat. Bent. I p. 183. — Beg. Thes. Brand. II p. 624. — (Wichm. p. XLVI Nr. 94.)

36. Eadem epigraphe. Cap. laureat. ad s. )( ROMA. Fig. militaris spoliis insidens ad s., d. Victoriam tenet, s. gladio imponit. S. C. — Ex aere flavo. AE, I.

Zantan. F, I, 4. — Cat. Bent. I p. 184. — Beger. tab. 20, 16. — (Wichm. p. XLVI Nr. 97.)

37. NERO. CLAVDIVS. CAESAR. AVG. GER. P. M. TR. IM. III. P. P. Cap. laureat. ad d. )( PACE. P. R. TERRA. MARIQ. PARTA. IANVM. CLVSIT. Jani templum clausum. S. C. — Ex aere flavo. AE, I.

Zantan. F, II, 18. — Beger. tab. 21, 10. — (Wichm. p. XLVII Nr. 98. — Patin. p. 88. — Vaillant. Num. praest. I p. 21. — Cat. Bent. I p. 181.)

38. NERO. CLAVDIVS. CAESAR. AVG. GERMANIC. Cap. radiat. ad d. )( PONTIF. MAX. TR. POT. IMP. P. P. Imperator citharoedus ad d. S. C. AE, II.

Zantan. F, II, 13. — Cat. Bent. I p. 387. — Beger. tab. 20, 24. — (Beg. Thes. Brand. II p. 624.)

39. NERO. CLAVD. CAESAR. AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. Cap. laureat. ad d. )( VICTORIA. AVGVSTI. Victoria alata sinistrorsum gradiens, d. sertum, s. palmam tenet. S. C. AE, II.

Zantan. F, I, 10. — (Cat. Bent. I p. 387.)

40. IMP. NERO. CAESAR. AVG. P. MAX. TR. P. P. P. Cap. laureat. ad d. )( Eadem aversa ut nr. 39. AE, II.

41. NERO. CLAVDIVS. CAESAR. AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P. Cap. radiat. ad d. )( SECVRITAS. AVGVSTI. Fig. stolata ante aram sedens ad d., caput d. sellae imposita sustinet, s. hastam tenet. S. C. infra II. AE, II.

Wichm. p. XLVII Nr. 99. — Cat. Bent. I p. 388. — Beger. tab. 21, 15.

42. IMP. NERO. CAESAR. AVG. P. MAX. TR. P. P. P. Cap. laureat. ad s. )( Eadem aversa ut nr. 41. — Ex aere flavo. AE, II.

43. Idem nummus.

44. Eadem epigraphe. Cap. laureat. ad d. )( Eadem aversa ut nr. 41. — Ex aere flavo. AE, II.

45. Eadem epigraphe. Cap. nud. ad s. )( Victoria alis elatis sinistrorsum gradiens d. clipeum tenens, cui S. P. Q. R. inscriptum est. S. C. AE, II.

Brumm. p. 19 Nr. 49. — Zantan. F, I, 12. — Cat. Bent. I p. 388. — (Beger. tab. 20, 20.)

46—47. Idem nummus.

48. Eadem epigraphe. Cap. nud. ad d. )( Eadem aversa ut nr 45. AE, II.
49. Idem nummus, sed cap. laureat. AE, II.

## Galba.

50. IMP. SER. GALBA. AVG. TR. P. Cap. laureat. ad d. )( LIBERTAS. PVBLICA. Libertas stans ad s., d. pileum, s. hastam tenet. S. C. AE, II.
Zantan. G, I, 1. — Beger. tab. 22, 9.
51. Eadem adversa )( S. P. Q. R. OB. CIV. SER. in corona civica. AE, II.
Zantan. G, I, 5. — Cat. Bent. I p. 393. — (Beger. tab. 22, 2.)
52. IMP. SER. GALBA. CAES. AVG. TR. P. Cap. nud. ad d. )( Eadem aversa ut nr. 50. AE, II.
53. Eadem adversa )( VESTA. Dea sedens d. Victoriolam tenet. S. C. AE, II.
Zantan. G, I, 7.
54. IMP. SER. SVLP. GALBA. CAES. AVG. TR. P. Cap. laureat. ad d. )( PAX. AVGVSTA. Fig. stans ad s., d. ramum, s. caduceum tenet. S. C. AE, II.
Zantan. G, I, 11.

## Otho.

55. IMP. OTHO. CAESAR. AVG. TR. P. Cap. galericulo tectum ad d. )( Templum hexastylum. S. C. AE, II.
Othonis nummos aereos rarissimos esse quum inter omnes constet neque usquam hic descriptus inveniatur, nescio an spurius habendus sit, quamvis antiquitatis vestigia prae se ferre videatur.

## Vitellius.

56. A. VITELLIVS. GERM. IMP. AVG. P. M. TR. P. Cap. laureat. ad d. )( SECVRITAS. P. ROMANI. Fig. sedens ad s. ante aram. S. C. AE, II.
Patin. p. 104. — Mionnet. p. 98: médaille suspecte. — (Wichm. p. L Nr. 132.)

## Vespasianus.

57. IMP. CAESAR. VESPASIAN . . Cap. laureat. ad d. )( COS. ITER. P. . . . Fig. sedens ad s., cetera detrita. AR.
Zantan. KK, III, 34. — Beger. tab. 25, 7. — (Wichm. p. LI Nr. 133.)
58. IMP. CAESAR. VESPAS. AVG. COS. II. TR. P. P. P. Cap. laureat. ad d. )( PACI. ORB. TERr. auG. Caput Pacis diademate decorum ad d. AR.
Vaillant. Num. praest. II p. 93. — (Cat. Bent. II p. 768.)
59. IMP. CAESAR. VESPASIAN. AVG. COS. IIII. Cap. radiat. ad d. )( SECVRITAS. AVGVSTI. Fig. muliebris stolata sedens ad d. ante aram, caput d. sellae imposita sustinet, s. hastam tenet; infra S. C. AE, II.

60. IMP. CAES. VESP. AVG. P. M. T. P. COS. VII. Cap. radiat. ad d. )( . . . . . TAS . . . . . Fig. stolata stans d. caduceum, s. cornucopiae tenet. S. C. AE, II.

61. Idem nummus, sed in parte aversa FELICITAS. PVBLICA. — Ex aere flavo. AE, II.
Zantan. K, I, 6. — (Wichm. p. LIII Nr. 156. — Cat. Bent. I p. 399.)

62. IMP. . . . . . . VESPASIAN. COS. VIII. (Litteris extrinsecus versis) Cap. laureat. ad s. )( S. C. Spes ad s. gradiens, d. florem, s. vestem elevans. AE, II.
Zantan. K, II, 22. — Beger. tab. 25, 16. — (Brumm. p. 21 Nr. 62.)

## Domitianus.

63. IMP. CAES. DOMIT . . . . GERM. P. M. TR. P. VIII. Cap. laureat. ad d. )( IMP. XIX. COS. XIIII. CENS. P. P. P. Pallas propugnatrix dextrorsum gradiens. AR.
Cat. Bent. II p. 779 sq. — Beg. Thes. Brand. II p. 638. — (Wichm. p. LV Nr. 172. — Zantan. MM, II, 16. — Beger. tab. 32, 2.)

64. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P. X. Cap. laureat. ad d. )( IMP. XXI. COS. XV. CENS. P. P. P. Pallas galeata stans ad s., d. fulmen tenet, s. hastae imposita, scutum ad pedes. AR.
Brumm. p. 23 Nr. 74. — (Beger. tab. 32, 6. — Wichm. ib. Nr. 173. — Zantan. MM, II, 24. — Cat. Bent. II p. 780.)

65. Eadem epigraphe, sed TR. P. XIII. )( IMP. XXI . . COS. XVI. CENS. P. P. P. Pallas propugnatrix dextrorsum gradiens. AR.
Paucis abhinc annis prope urbem nostram effossus. — Cat. Bent. II p. 781.

66. CAESAR. AVG. F. DOMITIA . . . . . Cap. laureat. ad s. )( S. C. Spei ut videtur typus, magnam partem detritus. AE, II.
Zantan. M, II, 24. — (Wichm. p. LVI Nr. 179.)

67. Eadem adversa )( CERES. AVGVSTI. Fig. mul. stans ad s., d. spicas (?) tenet, s. hastae imponit. S. C. AE, II.
Zantan. M, III, 25. — (Cat. Bent. I p. 409.)

68. . . . . DOMITIAN. CO . . . Cap. laureat. ad d. )( PRINCipi juvENTutis. Eques ad s. S. C. — Ex aere flavo. AE, II.
Zantan. M, III, 29. — Cat. Bent. I p. 409.

69. CAES. DOMITIAN. AVG. GERM. COS. . . . Cap. laureat. ad d. )( Saluti AVGVSTi. Ara. S. C. AE, II.
Zantan. M, I, 11. — (Wichm. p. LVI Nr. 182. — Cat. Bent I p. 405. 409.)

70. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XIII. CENS. PER. P. P. Cap. laureat. ad d. )( VIRTVTI. AVGVSTI. Fig. galeata stans ad d., d. hastam, s. parazonium (?) tenens, globo sive galeae sinistro pede insistens. S. C. AE, II.

Brumm. p. 24 Nr. 80. — Zantan. M, II, 16. — (Wichm. ib. Nr. 187. — Cat. Bent. I p. 404.)

71. Eadem epigraphe, sed COS. XVII. Cap. radiat. ad d. )( FORTVNAE. AVGVSTI. Fig. mul. stans ad s., d. clavum, s. cornucopiae tenens. S. C. AE, II.

Zantan. M, I, 4. — (Wichm. ib. Nr. 189. — Cat. Bent. I p. 404. — Beger. tab. 33, 8.)

72. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. X . . . . . Cap. laureat. ad d. )( MONETA . . . . . Dea stans ad s., d. bilancem, s. cornucopiae tenet. S. C. AE, II.

Wichm. ib. Nr. 184. — Brumm. p. 24 Nr. 84. — Zantan. M, II, 18. — (Cat. Bent. I p. 405.)

## Trajanus.

73. IMP. CAES. NERVA. TRAIAN. AVG. GERM. Cap. laureat. ad d. )( P. M. TR. P. COS. III. P. P. Fig. muliebris stans d. spicas (?), s. cornucopiae tenet. AR.

(Wichm. p. LVIII Nr. 205.)

74. IMP. CAESAR. TRAI . . . . . . Cap. laureat. ad d. )( Eadem aversa ut nr. 73. AR.

75. . . . . . . NERVAE. TRAIANO . . . . Cap. laureat. ad d. )( S. P. Q. R. OPTIMO. PrincipI. Imperator d. fulmen, s. hastam tenens a Victoria coronatur; infra S. C. AE, I.

Beger. tab. 34, 10. — Cat. Bent. I p. 209.

76. IMP. CAES. NERVAE. TRAIANO. AVG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. V. P. P. Cap. laureat. ad d. )( S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. Fig. militaris galeata sedens ad s. in tropaeo, d. Victoriolam tenens, s. hastae imposita; infra S. C. AE, I.

77. IMP. CAESAR. TRA . . . . . Cap. laureat. ad d. )( PONT. MA . . . . . . Fig. mul. stans ad d., d. hastam, s. cornucopiae tenet, pede s. globo sive galeae imposito. S. C. AE, II.

78. Imp. NERVAE. TRAIANO. AVG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. V. P. P. Cap. laureat. ad d. )( S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. Clipei et hastae. S. C. AE, II.

79. Eadem adversa )( Eadem epigraphe ut nr. 78, sed tria signa militaria. AE, II.

(Zantan. G, I, 10.)

80. IMP. CAES. NERVA. TRAIAN. AVG. GERM. P. M. Cap. laureat. ad d. )( TR. POT. COS. IIII. P. P. Victoria ad s. gradiens cum clipeo, in quo S. P. Q. R. pone S. C. AE, II.

Brumm. p. 26 Nr. 103. — Cat. Bent. I p. 417. — (Wichm. p. LXI Nr. 227.)

81. IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GERM. Cap. laureat. ad d. )( Aper Erymanthius (?) laevam versus stans; infra S. C. AE, III.
Wichm. p. LXII Nr. 237. — Cat. Bent. I p. 577.

## Matidia (Trajani neptis ex sorore Marciana).

82. MATIDIA. AVG. DIVAE. MARCIANAE. F. Cap. Matidiae ad d. )( PIETAS. AVGVST. Fig. mul. stolata stans ad s. puerulis duobus manus imponens; infra S. C. AE, I.
Vaillant. Num. praest. I p. 55. — Cat. Bent. I p. 214 sq. — Beger. tab. 36, 21. 22.

## Hadrianus.

83. IMP. CAESAR. TRAIANVS. HADRIANVS. AVG. Cap. laureat. ad d. )( PONT. MAX. TR. POT. COS. III. Jupiter sedens ad s., d. Victoriam, s. hastam tenet; infra S. C. AE, I.
(Beger. tab. 38, 13.)

84. IMP. CAESAR. TRAIAN. HADRIANVS. AVG. Cap. laureat. ad d. )( P. M. TR. P. COS. III. Imperator galeatus stans ad s., d. thus tripodi (?) imponit, s. hastam tenet, clipeo pedibus apposito. S. C. AE, I.
Cat. Bent. I p. 215 sq. eundem nummum describere videtur.

85. . . . . . . RIANVS. AVGVST. Cap. laureat. ad d. )( Epigraphe detrita. Fig. mul. stans ad s., d. bilancem, s. hastam tenet. S. C. AE, I.
Cat. Bent. I p. 223 (?).

86. IMP. CAESAR. TRAIANVS. HADRIA. . . . . Cap. laureat. ad d. )( PONT. MAX . . . POT. CO . . . Fig. mul. sedens ad s., d. pateram tenet, s. brachium sellae imponit, ad pedes cornucopiae; infra CONCORDIA, pone S. C. — Ex aere flavo. AE, I.
Beger. tab. 37, 6.

87. . . . . . IANVS. HADRIANVS. AVG. P. M . . . Cap. laureat. ad d. )( RESTitutori ORBIS. TERRARVM. Imperator stans ad s. figuram turritam s. sphaeram tenentem d. sublevat; infra S. C. AE, I.
Beger. tab. 39, 2. — Wichm. p. LXV Nr. 267. — Vaillant. Num. praest. I p. 61. sq. — Cat. Bent. I p. 218.

88. HADRIANVS. AVG. COS. III. P. P. Cap. laureat. ad d. )( Epigraphe evanuit. Fig. mul. stans ad s., d. florem, s. cornucopiae tenet. S. C. AE, I.
Beger. tab. 37, 12.

89. Eadem adversa )( SPES. P. R. Spes ad s. stans d. florem tenet, s. vestem elevat. S. C. AE, I.
(Brumm. p. 29 Nr. 126.)

90. HADRIANVS. AVGVSTVS. P. P. Cap. laureat. et barbat. ad d. )( HILARITAS. P. R. Fig. mul. stolata stans ad s., d. palmam, s. cornucopiae gerit, utrimque puerulus et puella. S. C. infra COS. III. AE, I.
Wichm. p. LXVII Nr. 278. — Cat. Bent. I p. 221. 422. 425 sq.

91. HADRIANVS. AVG. COS. III. P. P. Cap. laureat. ad d. )( Pallas propugnatrix. S. C. AE, II.

92. HADRIANVS. AVGVSTVS. Cap. laureat. ad d. )( COS. . . . . Fig mul. ad d. serpentem pascens. S. C. AE, II.
(Wichm. p. LXVI Nr. 272. — cf. Beger. tab. 42, 20.)

93. Adversa ut videtur eadem )( FORTVNAE. REduci. Imperator et Fortuna stantes manus dextras jungunt. AE, II.
Cat. Bent. I p. 423.

94. HAdrianus. AVG. COS. III. P. P. Cap. laureat. ad d. )( FORTVNAE. REDVCI. Eadem aversa ut nr. 93, sed infra S. C. AE, II.
Wichm. p. LXVII Nr. 281.

95. Eadem adversa )( COS. . . . Fig. mul. spoliis insidens ad s., d. Victoriolam tenet, s. hastae imposita; infra S. C. AE, III.
Cat. Bent. I p. 579. — (Brumm. p. 28 Nr. 116.)

## Sabina (Hadriani uxor).

96. SABINA. AVGVSTA. HADRIANI. AVG . . . Cap. Sabinae laureat. ad d. )( CONCORDIA. AVG. Fig. mul. sedens ad s., d. pateram tenet, s. sellae innititur; infra S. C. AE, II.
Brumm. p. 29 Nr. 127. — Cat. Bent. I p. 228. — Wichm. p. CLXVIIII post Nr. 286.

97. Idem nummus.

## Antinous.

98. ANTINOΩI. HPΩI. (?) Cap. Antinoi nud. ad s. )( TIANOI. Antinous sedens ad d., s. attollens (cum bacillo?).
Nummus Tii, urbis Bithynicae. cf. Otf. Müller, Handb. d. Archäol. p. 236 § 203, 3. — Cat. Bent. I p. 229; cf. II p. 1025. — Rasche I p. 738.

## Antoninus Pius.

99. ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P. Cap. laureat. ad d. )( COS. . . . Fig. mul. stolata stans ad s., d. pateram (?), s. hastam tenens. AR.
Cat. Bent. II p. 809. – (Brumm. p. 30 Nr. 131.)

100. anTONINVS. PIVS. . . . Cap. laureat. ad d. )( Epigraphe evanuit. Fig. nuda stans ad s., d. hastam vel scipionem tenens. AR.

101. ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P. Cap. laureat. ad d. )( TR. PO . . COS. II. Fig. viril. stans ad s., d. pateram super aram, s. cornucopiae tenens. S. C. AE, II.

Beger. tab. 41, 4.

102. antoNINVS. AVG. PIVS. P. P. TR. P. . . . Cap. laureat. ad d. )( FELICITAS. AVG. Fig. mul. stans d. attollens, s. vestem elevans. S. C. AE, II.

(Cat. Bent. I p. 432.)

103. ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P. Cap. laureat. ad d. )( TR. POT. COS. IIII. Fig mul. stans ad s., d. porrigens, s. vestem elevans. S. C. AE, II.

## Faustina (Antonini uxor).

104. DIVA. FAVSTINA. Cap. Faustinae galericulo exornatum ad d. )( CERES d. spicas, s. taedam praelongam ferens. S. C. AE, II.

## Marcus Aurelius.

105. IMP. CAES. M. AVREL. ANTONINVS. AVG. P. M. Cap. laureat. ad d. )( SALVti AVGVstor. tr. p. XVII (?). Dea stans ad s., d. serpenti arae imminenti pateram porrigens, s. hastam tenens. S. C. AE, I.

Wichm. p. LXXV Nr. 361. — Beger. tab. 46, 8. — (Brumm. p. 34 Nr. 158.)

106. Eadem adversa )( Eadem aversa ut nr. 105, sed infra COS. III. AE, I.

Cat. Bent. I p. 248.

107. Idem nummus, sed aversa detrita. AE, I.

108. M. AVREL. ANTONINVS. AVG. ARM . . . . . . P. M. Cap. laureat. ad d. )( tr. p. XVIII (?) IMP. II. COS. III. Fig. milit. stans ad d., s. clipeum, d. hastam tenens. S. C. AE, I.

Brumm. p. 34 Nr. 156. — (Cat. Bent. I p. 244.)

109. AVRELIVS. CAES. ANTON. AVG . . . Cap. nud. ad d. )( TR. POT. . . . . . COS. II . . Fig mul. stans ad s., d. ?, s. hastam tenet. S. C. AE, I.

Beger. tab. 45, 21.

110. M. ANTONINVS. AVG. TR. P. XXVII. Cap. laureat. ad d. )( Epigraphe evanuit. Fig. mul. sellae insidens d. Victoriolam, s. hastam tenens; infra S. C. AE, I.

Cat. Bent. I p. 245.

111. M. AVREL. ANTONINVS. AVG. P. M. Cap. laureat. ad d. )( TR. P. XVIII. IMP. II. COS. III. Pallas galeata stans d. ramum oleae, s. hastam et clipeum gerens. S. C. AE, I.

Brumm. p. 34 Nr. 155.

112. Idem nummus.

113. M. ANTONINVS. aug. ARM. PARTH. MAX. Cap. laureat. ad d. )( TR. POT. XXII. IMP. IIII. COS. III. Victoria sinistrorsum gradiens, d. lauream, s. palmam tenens. S. C. AE, I.

(Wichm. p. LXXV Nr. 363. — Brumm. p. 34 Nr. 157.)

114. Idem nummus, sed epigraphae partim detritae.

115. . . . AVREL. ANTO. . . . . . . Cap. laureat. ad d. )( Epigraphe evanuit. Fig. milit. galeata sellae insidens ad d., d. hastae imponens. S. C. AE, I.

116. M. ANTONIN . . . . . . . Cap. laureat. ad d. )( TR. PO . . . . COS. III. Justitia sedens ad s., d. bilancem, s. cornucopiae tenens. S. C. AE, I.

Cat. Bent. I p. 246. — (Brumm. p. 33 Nr. 151.)

117. IMP. CAES. M. AVR . . ANT. . . . . Cap. laureat. ad d. )( saluti AVGVSTORum. Fig. mul. stans ad s. serpentem arae imminentem pascit. S. C. AE, II.

cf. Nr. 105. — Cat. Bent. I p. 439. — (Brumm. p. 34 Nr. 154.)

118. . . . ANTONINVS. AVG. . . . . Cap. radiat. ad d. )( . . . . VI. COS. III. Imperator sellae insidens d. Victoriolam, s. hastam tenet; infra S. C. AE, II.

(Cat. Bent. I p. 441.)

119. M. ANTONINVS . . . . . . Cap. laureat. ad d. )( . . . . . . COS. III. P. P. Pallas galeata stans d. ramum oleae (?), s. hastam et clipeum gerit. S. C. AE, II.

cf. Nr. 111.

120. Eadem adversa )( TR. P. XVIII . . . COS. III. Victoria sinistrorsum gradiens d. lauream, s. palmam tenet. S. C. AE, II.

(Cat. Bent. I p. 442.)

121. . . . . . NINVS. AVG. TR. P. XXII (?). Cap. laureat. ad d. )( . . . . . . COS. III. Victoria dextrorsum gradiens d. elevata, s. palmam (?) tenens. S. C. AE, II.

(Wichm. p. LXXVII Nr. 378.)

122. DIVVS. M. ANTONINVS. PIVS. Cap. nud. ad d. )( CONSECRATIO. Aquila expansis alis cippo coronato insistens. S. C. AE, II.

Beger. tab. 47, 22. — Cat. Bent. I p. 248 sq. — (Brumm. p. 30 Nr. 133. — cf. Wichm. p. LXVIIII Nr. 306.)

## Faustina junior (M. Aurelii uxor).

123. FAVSTINA. AVG. PII. AVG. FIL. Cap. ejus ad d. )( VENVS. Dea stans ad s., d. globum, s. temonem tenet. S. C. AE, II.

Patin. p. 199. — Beger. tab. 48, 2.

## L. Verus.

124. . . . . L. AVREL. VERVS. . . . Cap. laureat. ad d. )( concord. AVGVSTOR. tr. p. Imperatores (M. Aurelius et L. Verus) dextras jungentes. S. C. AE, I.

Brumm. p. 38 Nr. 184. — Beger. tab. 50, 1 et 2. — Cat. Bent. I p. 255. — (Wichm. p. LXXX Nr. 401.)

### Lucilla (L. Veri uxor).

125. LVCILLA. AVGVSTA. Cap. nud. ad d. )( VENVS. Dea stans d. pomum, s. hastam gerit. S. C. AE, II.

Cat. Bent. I p. 259. — (Wichm. p. LXXX Nro. 405. — Brumm. p. 39 Nr. 191.)

### Commodus.

126. M. COMM. ANT. P. F. . . . . . . Cap. laureat. ad d. )( . . . AV. COM. P. M. TR. P. XV. IMP. VIII. Duo boves aratrum a viro ductum dextrorsum trahunt; infra COS. VI. et S. C. AE, II.

Patin. p. 210. — Beg. Thes. Brand. II p. 679. — (Cat. Bent. I p. 267. — cf. Rasche I p. 1577.)

127. M. COMMODVS. ANTONINVS. AVG. P. P. Cap. radiat. ad d. )( TR. P. VIII. IMP . . . COS. . . Fig. mul. stans ad s., d. temonem (?) globo impositum, s. cornucopiae tenet. S. C. AE, II.

(Beger. tab. 52, 3.)

128. Eadem ut videtur epigraphe, sed partim detrita. Cap. idem )( ANNOna. TR. . . . P. III. COS. III. P. P. Dea stans ad s., d. spicas (?) super modium elevans, s. cornucopiae. S. C. AE, II.

(Cat. Bent. I p. 452.)

### Crispina (Commodi uxor).

129. CRISPINA. AVGVSTA. Cap. ejus nud. ad d. )( IVNO. lucina. Fig. mul. stolata stans ad s., d. pateram, s. hastam tenens. S. C. AE, II.

Brumm. p. 40 Nr. 197. — Cat. Bent. I p. 454.

### Clodius Septimius Albinus.

130. . . . . SEPT. ALBIN. CAES. Cap. nud. ad d. )( MINER. PAcif. cos. III. (?). Dea galeata stans ad s., d. ramum oleae, s. hastam et scutum gerit. AR.

Wichm. p. LXXXVI Nr. 452. — Cat. Bent. II p. 837. — Beg. Thes. Brand. II p. 697. (Beger. tab. 52, 23.)

### L. Septimius Severus.

131. SEVERVS. PIVS. AVG. Cap. radiat. ad d. )( P. M. TR. P. XVII. COS. III. P. P. Fig. mul. sedens d. Victoriolam tenet, ad pedes puerulus genu flexus. S. C. AE, II.

Wichm. p. LXXXVIII Nr. 466.

### Caracalla.

132. M. AVREL. ANTONINVS. PIVS. AVG. Brit. Cap. laureat. ad d. )( PROVIDENTIAE. DEORVM. Fig. mul. stans, d. globum virga moderans, s. hastam tenens. S. C. AE, I.

Cat. Bent. I p. 281.

## Plautilla (Caracallae uxor).

133. DIVA. PLAVTILLA. AVG. Cap. ejus ad d. )( PIETAS. AVG. Fig. stans ad s., d. ?, s. caduceum tenens. S. C. AE, II

## Annia Faustina (Elagabali uxor).

134. ANNIA. FAVSTINA. AVGVSTA. Cap. ejus ad d. )( CONCORDIA. Vir et mulier dextras jungunt. AE, I.

Patin. p. 267. — Vaillant. Num. praest. I p. 139. — Cat. Bent. I p. 289.

## Julia Paula (Elagabali uxor).

135. IVLIA. PAVLA. AVG. Cap. ejus ad d. )( VENVS. GENETRIX. Fig. mul. sellae insidens ad s., ad pedes puerulus. AE, I.

## Alexander Severus.

136. IMP. C. M. AVR. SEV. ALEXAND. AVG. Cap. laureat. ad d. )( PAX. AVG. Fig mul. currens ad s., d. ramum oleae, s. sceptrum gerens. AR.

(Cat. Bent. II p. 870.)

137. IMP. ALEXANDER. PIVS. AVG. Cap. laureat. ad d. )( PROVIDENTIA. AVG. Fig. mul. stans ad s., d. spicas tenens super panarium, s. cornucopiae. AR.

Brumm. p. 48 Nr. 242. — Cat. Bent. II p. 869. — Beg. Thes. Brand. II p. 718. — (Wichm. p. XCV Nr. 536.)

138. IMP. ALEXANDER. PIVS. AVG. Cap. laureat. ad d. )( IOVI. PROPVGNATORI. Jupiter nud. stans, d. elata fulmen, s. pallium (?). S. C. AE, I.

(Wichm p. XCV Nr. 542.)

139. Eadem adversa )( MARS. VLTOR. Mars galeat. et paludat. gradiens ad d., d. hastam praefixam, s. clipeum gerens. S. C. AE, I.

(Wichm. ib. Nr. 541.)

140. IMP. SEV. ALEXANDER. AVG. Cap. laureat. ad d. )( IVSTITIA. AVGVSTI. Fig. mul. sedens ad s., d. pateram, s. hastam tenet; infra S. C. AE, I.

Wichm. p. XCVI Nr. 544. — Beger. tab. 56, 14.

141. Eadem adversa )( VICTORIA. AVGVST . . Victoria inscribens VOT. X. clipeo palmae trunco appenso, pede s. galeae imposito. S. C. AE, I.

Wichm. p. XCV Nr. 543. — Cat. Bent. I p. 295.

142. Eadem adversa )( VIRTVS. AVGVSTI. Fig. milit. paludata stans ad s., d. pateram sive globum, s. hastam tenens, pede d. galeae imposito. S. C. AE, I.

Cat. Bent. I p. 296.

143. imp. c. M. AVR. SEV. ALEXANDER. AVG. Cap. laureat. ad d. )( P. M. TR. P. VI. COS. II. p. p Fig. mul. currens ad s., d. ramum oleae, s. sceptrum gerit. S. C. AE, I.

144. IMP. SEV. ALEXANDER. AVG. Cap. laureat. ad d. )( P. M. TR. P. X. COS III. P. P. Victoria stans d. coronam, s. palmam tenens. S. C. AE, I.

145. IMP. ALEXANDER. PIVS. AVG. Cap. laureat. ad d. )( Eadem aversa. AE, I.

146. Eadem adversa )( P. M. TR. P. XII. COS. III. P. P. Fig. juvenil. palliata sinistrorsum gradiens, d. elevata, s. sceptrum tenet. S. C. AE, I.

Cat. Bent. I p. 297.

147. Eadem epigraphe, sed cap. radiat. )( IOVI. PROPVGNATORI. Jupiter palliatus stans d. jaculum (fulmen ?), s. Palladium (?) elevat. S. C. AE, II.

Cat. Bent. I p. 474.

## Julia Mamaea (Alex. Severi mater).

148. IVLIA. MAMAEA. AVG. Cap. diademate decorum ad d. )( FELICITAS. PVBLICA. Dea stans d. caduceum tenens, s. brachio columnae innixa. AR.

Wichm. p. XCVI Nr. 551. — Beg. Thes. Brand. II p. 715.

149. IVLIA. MAMAEA. AVGVSTA. Cap. ut supra )( VENVS. FELIX. Fig. mul. sedens ad s., d. puerulum, s. hastam tollit; infra S. C. AE, I.

(Wichm. p. XCVII Nr. 555. — Brumm. p. 50 Nr. 256.)

150. Eadem adversa )( FECVNDITAS. AVGVSTAE. Fig. mul. stans ad d., d. porrecta ad puerulum ante pedes stantem, s. cornucopiae. S. C. AE, I.

(Beg. Thes. Brand. II p. 715.)

151. Eadem adversa )( feliciTAS. AVG. Fig. mul. stans ad s., d. caduceum, s. cornucopiae gerens. S. C. — Ex aere flavo. AE, I.

## Jul. Verus Maximinus Thrax.

152. MAXIMINVS. PIVS. AVG. GERM. Cap. laureat. ad d. )( VICTORIA. GERMANICA. Victoria stans, d. elevata lauream, s. palmam tenens, ad pedes captivus. S. C. AE, I.

Wichm. p. XCVII Nr. 562. — Cat. Bent. I p. 303. — Beg. Thes. Brand. II p. 718.

153—154. Idem nummus.

155. Eadem adversa )( sALVS. AVGVSTI. Fig. mul. sedens ad s. AE, II.

Wichm. ib. Nr. 565. — Cat. Bent. I p. 478.

## Jul. Verus Maximus (Maximini filius).

156. MAXIMVS. CAES. GERM. Cap. juven. nud. ad d. )( PRINCIPI. IVVENTVTIS. Fig. palud. stans ad d., d. bacillum, s. hastam transversam gerit, pone duo signa militaria. S. C. AE, II.

Wichm. p. XCVIII Nr. 570. — Patin. p. 285. — Beger. tab. 56, 23. 24. — Cat. Bent. I p. 304. 479 sq. — (Beg. Thes. Brand. II p. 720.)

## Gordianus Africanus pater (I).

157. IMP. CAES. M. ANT. GORDIANVS. AFR. AVG. Cap. laureat. ad d. )( ROMAE. AETERNAE. Fig. mul. galeata globo insidens, d. Victoriolam, s. hastam tenet; infra S. C. AE, I.

Beger. tab. 57, 1. 3. — Patin. p. 287. — Vaillant. Num. praest. I p. 152. — Beg. Thes. Brand. III p. 145, Wichm. p. XCVIIII Nr. 576, Cat. Bent. I p. 307 hunc nummum ad Gordianum filium (II) referunt, quum non satis tuta sint criteria, quibus utriusque Gordiani numismata distinguuntur. Rasche II, 1 p. 1506.

## Gordianus Pius (III).

158. IMP. CAES. M. ANT. GORDIANVS. AVG. Cap. laureat. ad d. )( VICTORIA. AVG. Dea sinistrorsum gradiens, d. lauream, s. palmam tenens. S. C. AE, I.
159. Idem nummus.
160. Eadem adversa )( VIRTVS. AVG. Fig. milit. galeata stans, d. ramum oleae, s. hastam tenet, ad pedes scutum. S. C. AE, I.

Cat. Bent. I p. 311 sq.

161. IMP. GORDIANVS. PIVS. FEL. AVG. Cap. laureat. ad d. )( AETERNITATI. AVG. Fig. viril. nuda stans, d. elevata, s. globum tenens. S. C. AE, I.

Cat. Bent. I p. 312. — (Wichm. p C Nr. 586.)

162. Eadem adversa )( P. M. TR. P. V. COS. II. P. P. Fig. mul. sedens ad s., d. ramum oleae tenet, s. sellae innixa; infra S. C. AE, I.

(Cat. Bent. I p. 312.)

163. IMP. CAES. GORDIANVS. PIVS. AVG. Cap. radiat. ad d. )( AEQVITAS. AVG. Fig. mul. stans ad s., d. bilancem, s. cornucopiae tenens. S. C. AE, II.

## Sabinia Tranquillina (Gordiani Pii uxor).

164. SABINIA. TRANQVILLINA. AVG. Cap. diademate decorum ad d. )( CONCORDIA. AVGVSTORVM. Imperator et uxor dextras jungentes; infra S. C. AE, II.

Vaillant. Num. praest. I p. 163.

## M. Jul. Philippus pater.

165. IMP. M. IVL. PHILIPPVS. AVG. Cap. laureat. ad d. )( aeQVITAS. AVGG. Fig. mul. stans d. bilancem, s. cornucopiae tenet. S. C. AE, I.

(Wichm. p. CII Nr. 613.)

166. Eadem adversa )( AETERNITAS. AVG. Elephas, cui Amor insidet; infra S. C. AE, I.

Beger. tab. 58, 1. 4. — (Wichm. p. CIIII Nr. 633. — Cat. Bent. I p. 319.)

### M. Otacilia Severa (Philippi uxor).

167. MARCIA. OTACIL. SEVERA. AVG. Cap. diademate decorum ad d. )( SAECVLARES. AVGG. Columna. S. C. AE, I.

(Patin. p. 307. — Cat. Bent. I p. 488.)

168. Eadem adversa )( PIETAS. AVGVSTAE. Fig. mul. stans, d. elevata. S. C. AE, II.

### M. Jul. Philippus filius.

169. IMP. M. IVL. PHILIPPVS. AVG. Cap. juvenil. laureat. ad d. )( Epigraphe evanuit. Fig. milit. galeata dextrorsum gradiens, d. hastam praefixam, s. tropaeum humero impositum gerit. AE, I.

Hunc nummum, quem nusquam descriptum inveni, propter faciei juventutem Philippo filio tribui, qui puer duodecim annorum interfectus esse traditur.

### Trajanus Decius.

170. IMP. C. M. q. traianus. deCIVS. AVG. Cap. laureat. ad d. )( VICTORIA. AVG. Victoria currens ad s., d. lauream tenet. S. C. AE, I.

Cat. Bent. I p. 325.

171. IMP. C. M. Q. TRAIANVS. DEC . . . . Cap. laureat. ad d. )( Eadem aversa ut nr. 170 AE. II.

### Hostilianus.

172. C. VALENS. HOSTIL. MES. QVINTVS. N. C. Cap. nud. ad d. )( PRINCipi IVVENTVTIS. Fig. sedens ad s., d. ramum tenens, s. sellae innixa; infra S. C. AE, II.

Vaillant. Num. praest. I p. 173. — Cat. Bent. I p. 493.

### Aemilianus.

173. IMP. CAES. AEMILIANVS. P. F. AVG. Cap. laureat. ad d. )( SPES. PVBLICA. Dea gradiens ad s., d. florem (?), s. vestem elevans. S. C. AE, II.

Patin. p. 321. — Vaillant. Num. praest. I p. 177.

### Mariniana (Valeriani uxor).

174. DIVAE. MARINIANAE. Cap. velatum ad d. )( CONSECRATIO. Pavo cauda expansa. S. C. AE, II.

Patin. p. 325. — Vaillant. Num. praest. I p. 180. — Cat. Bent. I p. 497. — (Wichm. p. CX Nr. 691. — Beg. Thes. Brand. II p. 741.)

## Gallienus.

175. GALLIENVS. AVG. Cap. radiat. ad d. )( LAETITIA. AVG. Fig. mul. stans d. crumenam, s. baculum tenet. — Nummus subaeratus. AR.

176. Eadem adversa )( VBERITAS. (sic) AVG. Fig. mul. stans, d. crumenam, s. cornucopiae tenens; ad latus E. AE, II.
Wichm. p. CXI Nr. 711.

177. Eadem adversa )( IOVI. VLTORI. Jupiter nud. stans, d. fulmen; ad latus S. AE, II.
Cat. Bent. I p. 497.

178. Eadem adversa )( NEPTVNO. CONS. AVG. Hippocampus. AE, II.
Cat. Bent. I p. 599. — (Wichm. p. CXII Nr. 716. — Vaillant. Num. praest. II p. 377.)

179. GALLIenus aug. Cap. radiat. ad d. )( iovi. conSERvatori. Fig. viril. stans d. elevata fulmen, s. hastam gerens; ad latus XI. — Ex aere flavo. AE. II.
(Wichm. p. CXI Nr. 707.)

180. *ΑΥΤ. Κ. Π. ΛιΚ. ΓΑΛΛΙΗΝ.* (h. e. *Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Πούβλιος Λικίνιος Γαλλίηνος*) Cap. laureat. ad d. )( *ΑΠΟΛΛΟΝΙΑΤΑΝ. ΛΥCKS.* Templum octastylum, in quo fig. viril. paludata, d. porrecta, s. hastam gerens. AE, I.
Eximiae magnitudinis. — Nummus Apolloniae Mysiae ad Rhyndacum flumen sitae. — Rasche I, 1 p. 965, h.

## Corn. Salonina (Gallieni uxor).

181. SALONINA. AVG. Cap. ad d. in luna crescente. )( IVNO. REGINA. Dea stans d. pateram, s. ramum elevat. AR. ?.
(Wichm. p. CXII Nr. 718.)

## M. Aur. Victorinus senior.

182. IMP. C. VICTORINVS. P. F. AVG. Cap. radiat. ad d. )( PaX. AVG. Fig. mul. stans d. globum (ramusculum?), s. hastam tenet. AE, II.
Rasche III, 2 p. 742. VI, 1 p. 118. — (Wichm. p. CXIV Nr. 738.)

## Dom. Aurelianus.

183. IMP. AVRELIANVS. AVG. Cap. radiat. ad d. )( ORIENS. AVG. Sol dextrorsum gradiens d. elevata taedam (?), s. arcum tenet, ad pedes captivus; pone B, infra XXIP. AR. ?.
Cat. Bent. II p. 910. — (Wichm. p. CXVI Nr. 767.)

184. IMP. AVRELIANVS. AVG. Cap. laureat. ad d. )( CONCORDIa. augg. Vir et mulier dextras jungunt, capite Solis radiato intermedio. AE, I.
Wichm. p. CXVII Nr. 771. — Cat. Bent. I p. 505. — (Beg. Thes. Brand. II p. 758.)

185. Eadem epigraphe. Cap. radiat. ad d. )( VIRT. MILIT. Duae figurae militares, altera d. hastam, s. globum, altera d. Victoriolam, s. hastam transversam gerentes; infra T. AE, I.
Beg. Thes. Brand. II p. 758. — (Wichm. ib. Nr. 775.)

186. Eadem adversa )( VICTORIA. AVG. Victoria dextrorsum gradiens d. coronam, s. palmam tenet; infra T. AE, II.
(Beg. Thes. Brand. II p. 759.)

187. Eadem adversa )( VICTORIA. AVG. Victoria sinistrorsum gradiens d. coronam, s. palmam tenens, ante pedes captivus; infra B. AE, II.

## Severina (Aureliani uxor).

188. SEVERINA. AVG. Cap. ejus ad d. )( IVNO. REGINA. Dea velata stans ad s., d. pateram, s. hastam tenet, ad pedes pavo; infra S. AE, I.
Wichm. p. CXVII Nr. 777. — Patin. p. 346. — Cat. Bent. I p. 506. — (Beg. Thes. Brand. II p. 761.)

189. Eadem epigraphe. Cap. ejus in luna crescente )( CONCORDIAE. MILITVM. Fig. stans utraque manu signa militaria gestans; pone B, infra XXIA. AE, II.
Wichm. ib. Nr. 778. — Patin. p. 346. — Beger. tab. 63, 9. 10. — Cat. Bent. I p. 621. — Beg. Thes. Brand. II p. 761.

## M. Aurelius Probus.

190. PROBVS. P. F. AVG. Cap. radiat. usque ad pectus, ad d. )( VICTORIA. GERM. Tropaeum, assidentibus utrimque captivis; infra R. A. fulmine intermedio. AR. (?).
Cat. Bent. I p. 632. — (Wichm. p. CXVIIII Nr. 789. — Beg. Thes. Brand. II p. 767.)

191. IMP. C. PROBVS. P. F. AVG. Cap. idem )( COMITI. PROBI. AVG. Pallas galeata stans ad s., d. ramum, s. hastam tenet; infra I. AR.
Rasche I, 2. p. 720.

192. IMP. C. M. AVR. PROBVS. P. F. AVG. Cap. radiat. usque ad pectus, ad s., d. scipionem aquila insignem tenet )( SOLI. INVICTO. Sol in quadrigis citis d. protendit, s. flagrum tenet. AE, I.
(Wichm. p. CXVIII Nr. 782. — Patin p. 349. — Beg. Thes. Brand. II p. 768.)

193. VIRTVS. PROBI. AVG. Cap. galeat. et radiat. ad s. usque ad pectus, d. hastam transversam tenet )( SECVRIT. PERP. Fig. mul. stans d. capiti imponit, s. columnae innixa; infra VI. XXI. in area I. AE, I.

194. Eadem adversa )( PROVIDENT. AVG. Fig. mul. stans ad s., d. globum, s. hastam transversam tenet; infra S. XXI. in area Q. AE, I.

195. Eadem adversa )( CONSERVAT. AVG. Sol stans ad d., d. elata, s. globum tenet; infra T. XX. T. AE, I.
(Cat. Bent. I p. 630.)

196. IMP. PROBVS. P. F. AVG. Cap. radiat. ad s. cum sceptro )( SOLI. INVICTO. Sol in quadrigis ad s., d. protendit; infra A et fulmen. AE, II.

Beg. Thes. Brand. II p. 768. — (Wichm. p. CXVIII Nr. 785.)

197. Idem nummus.

198. PROBVS. P. F. AVG. Cap. radiat. ad s. cum sceptro )( ROMAE. AETER. Templum hexastylum, in quo Roma dea sedet; infra R. A. fulmine (?) interposito. AE, II.

(Wichm. ib. Nr. 783. — Cat. Bent. I p. 631. — Beg. Thes. Brand. II p. 765.)

199. IMP. PROBVS. P. F. AVG. Cap. galeat. ad s. usque ad pectus, d. hastam transversam tenens )( PAX. AVGVSTI. Dea stans ad s., d. ramum, s. hastam transversam gerit; pone V, infra XXI. AE, II.

Cat. Bent. I p. 510. — (Wichm. ib. Nr. 784. — Beg. Thes. Brand. II p. 766.)

200. Eadem epigraphe, sed cap. radiat. ad d. )( FELICITAS. SAECVLI. Fig. mul. stans ante aram, d. pateram, s. caduceum tenens; infra XXI. S. AE, II.

## M. Aur. Carus.

201. DIVO. CARO. Cap. radiat. ad d. )( CONSECRATIO. Aquila stans alis expansis; infra K. A. A. AE, II.

## M. Aur. Carinus.

202. M. AVR. CARINVS. NOB. C. Cap radiat. ad d. )( PIETAS. AVGG. Vasa pontificalia; infra . . A. Z. AE, II.

(Beg. Thes. Brand. II p. 772.)

## Diocletianus.

203. IMP. C. C. VAL. DIOCLETIANVS. P. F. AVG. Cap. radiat. ad d. )( CONCORDIA. MILITVM. Duae figurae militares dextras jungentes, inter quas Victoriola. *K. Γ.* AE, II.

Patin. p. 353. — Cat. Bent. I p. 641.

204. Eadem adversa )( VOT. XX. A in laurea. AE, II (III).

(Wichm. p. CXX Nr. 805. — Cat. Bent. I p. 641.)

205. IMP. C. DIOCLETIA . . . . . Cap. radiat. ad d. )( VOT. XX. FK. in laurea. AE, II.

## Maximianus Herculeus.

206. IMP. C. MAXIMIANVS. P. AVG. Cap. galeat. et radiat. ad d. )( VIRTVTI. AVGG. Hercules clava deposita leonem Nemeaeum comprimit. — Ex aere flavo, bis perforatus. AE, II.

Patin. p. 354. — (Cat. Bent. I p. 646. II p. 918. — Beg. Thes. Brand. II p. 780.)

207. IMP. C. MAXIMIANVS. P. F. AVG. Cap. laureat. ad d. )( CONSERV. VRB. SVAE. Templum hexastylum, in quo effigies Romae deae; infra P. T. AE, I.

Beg. Thes. Brand. II p. 782. — (Cat. Bent. I p. 516.)

208. Eadem adversa )( SACRA. MONET. AVGG. ET. CAESS. NOSTR. Fig. mul. stans ad s., d. bilancem, s. cornucopiae tenet; infra P. T. AE, I.

(Cat. Bent. I p. 340 sq.)

209. IMP. MAXIMIANVS. P. F. AVG. Cap. radiat. ad d. )( IOVI. CONSERVAT. AVGG. Jupiter nud. stans ad s., d. fulmen, s. hastam gerens; infra XXI S. AE, II.

210. IMP. C. M. A. MAXIMIANVS. P. F. AVG. Cap. radiat. ad d. )( CONCORDIA. MILITVM. Fig. nud. stans s. hastam tenens alteri figurae militari adstanti Victoriolam d. porrigit; in medio K. B (?). AE, III.

Wichm. p. CXXI Nr. 813. — Cat. Bent. I p. 645. — (Beg. Thes. Brand. II p. 781.)

## Constantius Chlorus.

211. FL. VAL. CONSTANTIVS. NOB. CAES. Cap. laureat. ad d. )( GENIO. POPVLI. ROMANI. Genius stans ad s., d. pateram, s. cornucopiae tenet; infra H. T. B. AE, I.

(Wichm. p. CXXII Nr. 817. — Cat. Bent. I p. 342.)

## Maximianus Armentarius.

212. GAL. VAL. MAXIMIANVS. NOB. CAES. Cap. radiat. ad d. )( CONCORDIA. MILITVM. Fig. nud. stans, s. hastam tenens, d. Victoriolam globo insistentem alteri figurae adstanti tradit; in medio K. A. AE, II.

Cat. Bent. I p. 652 sq. — (Wichm. p. CXXIII Nr. 824. — Beg. Thes. Brand. II p. 790.)

## Maxentius.

213. IMP. C. MAXENTIVS. P. F. AVG. Cap. laureat. ad d. )( AETERNITAS. AVG. N. Dioscuri hastati equos ducentes; infra MOSTS. AE, I.

Wichm. ib. Nr. 828. — Patin. p. 364. — Cat. Bent. I p. 521. — Beg. Thes. Brand. II p. 794.

## Licinius (pater ?).

214. D. N. VAL. LICIN. LICINIVS. NOB. C. Cap. laureat. ad d. )( PROVIDEN . . . . CAESS. Fig. viril. nud. stans d. Victoriolam globo insistentem, s. hastam tenet, ante pedes palma; pone E, infra SMN. AE, III.

## Licinius filius.

215. D. N. VAL. LICIN. LICINIVS. NOB. C. Cap. galeat. ad s., dextra spiculum humero impositum gerit )( IOVI CONSERVATORI. Jupiter nud. stans d. Victoriolam, s. hastam tenet, ad pedes aquila sertum rostro ferens et captivus; pone X. III. infra SMHΓ. AE, III.

Wichm. p. CXXIIII Nr. 834. — Patin. p. 367. — Beger. tab. 65, 21. — Cat. Bent. I p. 661. — Beg. Thes. Brand. II p. 808. (cf. p. 797.)

## Constantinus Magnus.

216. IMP. C. CONSTANTINVS. p. f. AVG. Cap. laureat. ad d. )( MarTI. PatRI. PROPVGNATORI. Mars hastatus et galeatus dextrorsum gradiens s. clipeum tenet; infra P. L. C. AE, I.

(Wichm. p. CXXVI Nr. 844. — Cat. Bent. I p. 527.)

217. CONSTANTINVS. AVG. Cap. laureat. ad d. )( VIRTVS. AVGG. Castrorum porta; supra stella, infra P. AHL. AE, II.

(Patin. p. 372. — Wichm. ib. Nr. 847. — Beg. Thes. Brand. II p. 803.)

218. IMP. CONSTANTINVS. P. F. AVG. Cap. laureat. ad d. )( PRINCIPIA (sic) IVVENTVTIS. Juvenis stans ad s., d. sertum (clipeum ?), s. hastam tenens; ad latus A, infra M. S. AE, II.

219. IMP. CONSTANTINVS. MAX. AVG. Cap. galeat. ad d. )( VICTORIAE. LAETAE. PRINC. PERP. Duae Victoriae super cippum clipeum tenentes, in quo VOT. P. R; infra TR. (?). AE, III.

Wichm. p. CXXVI Nr. 853. — Patin. p. 372. — Cat. Bent. I p. 668 sq. — Beg. Thes. Brand. II p. 802.

220. CONSTANTINOPOLIS. Cap. galea et lauro decorum ad s. )( Victoria alis expansis d. hastam tenens, s. clipeo innixa. AE, III.

Wichm. p. CXXV Nr. 840. — Beg. Thes. Brand. II p. 807.

## Constantinus junior.

221. CONSTANTINVS. IVN. NOB. C. Cap. laureat. ad d. )( CAESARVM. NOSTRORVM. Corona, in qua VOT. X. infra ESIS ⌒. AE, II.

Wichm. p. CXXVIII Nr. 872. — Cat. Bent. I p. 531. — Beg. Thes. Brand. II p. 811. — (Beger. tab. 66, 11.)

## Magnentius.

222. d. n. magnenTIVS. P. F. AVG. Cap. nud. ad d. )( VICTORIAE. d. d. n. n. aug. et. caes. Duae Victoriae sustinent clipeum, in quo VOT. V. MVLT. X.; infra litterae detritae. AE, II.

Wichm. p. CXXX Nr. 890. — (Patin. p. 377.)

223. Eadem adversa, sed pone caput A. )( Eadem aversa, sed infra T. H. P. AE, II.
Beg. Thes. Brand. II p. 815. — (Cat. Bent. I p. 538.)

224. Idem nummus, sed litterae fere evanuerunt.

225. Idem nummus, detritus.

## Decentius.

226. D. N. DECENTIVS. CAES. . . . . Cap. nud. ad d. )( SALVS. D. D. N. N. AVg. et CAES. In area monogramma Christi, litteris A et Ω inclusum; infra S. A. B. AE, I.
(Wichm. p. CXXX Nr. 891. — Patin. p. 378. — Beg. Thes. Brand. II p. 816.)

227. D. N. DECENTIVS. . . . . . . Cap. nud. ad d., pone A. )( VICTORIAE. D. D. N. N. AVG . . . . . . . Duae Victoriae clipeum tenentes, in quo VOT. V. MVL. X; inter pedes F, infra . . A. R. (?). AE, II.
(Cat. Bent. I p. 540. — Wichm. p. CXXXI Nr. 892. — Beg. Thes. Brand. II p. 816.)

## Constantius.

228. D. N. CONSTANTIVS. P. F. AVG. Cap. ad d. diademate decorum, dextra globum tenens; pone A. )( FEL. TEMP. REPARATIO. Fig. mil. d. jaculum, s. scutum tenens, prosternit barbarum cum equo prolapsum; supra stella, infra D. G. AE, I.
(Wichm. p. CXXXI Nr. 898. — Patin. p. 379.)

229. Idem nummus, sed AE, III.
(Cat. Bent. I p. 686.)

230. FL. IVL. CONSTANTIVS. . . . . . Cap. laureat. ad d. )( GLORIA. EXERC . . . . . Duo milites stantes, hastas et scuta gerentes, inter quos duo signa militaria; infra F. F. T. AE, II.
(Patin. p. 379. — Wichm. p. CXXXII Nr. 901. — Cat. Bent. I p. 687.)

## Julianus Apostata.

231. D. N. FL. CL. IVLIANVS. P. F. AVG. Cap. diademate decorum ad d. )( SECVRITAS. REIPVB. Apis stans ad d., supra duae stellae, ante pedes Ibis sertum rostro tenens; infra P. CONST. AE, I.
Patin. p. 382. — Beg. Thes. Brand. II p. 821. — (Wichm. p. CXXXII Nr. 906. — Cat. Bent. I p. 349.)

232. D. N. IVLIANVS. NOB. CAES. Cap. nud. ad d. )( FEL. TEMP. REPARATIO. Miles jaculo et scuto armatus equitem captivum proterens; ad latus M. AE, III.
Wichm. ib. Nr. 909. — (Beg. Thes. Brand. II p. 823.)

### Valentinianus.

233. D. N. VALENTINIANVS. P. F. AVG. Cap. diademate decorum ad d. )( gloria ROMANORum. Imperator paludatus d. caput captivi premit, s. labarum tenet, in quo monogramma Christi; infra litterae fere deletae. AE, II.

Wichm. p CXXXIII Nr. 911. — Patin. p. 386. — Cat. Bent. I p. 700. — Beg. Thes. Brand. II p. 824.

234. Idem nummus, sed in parte aversa ad latus F. AE, II.

### Valens.

235. D. N. VALENS. P. F. AVG. Cap. diademate decorum ad d. )( SECVRITAS. REIPVBLICAE. Victoria gradiens; infra M . . . AE, II.

Cat. Bent. I p. 543. — Beg. Thes. Brand. II p. 826. — (Wichm. p. CXXXIII Nr. 917.)

### Gratianus.

236. D. N. GRATIANVS. P. F. AVG. Cap. diademate decorum ad d. )( REPARATIO. REIPVB. Imperator stans d. feminam procumbentem sublevat, s. Victoriam globo insistentem tenet, a qua ipse coronatur; infra SMAP. AE, I.

Wichm. p. CXXXIIII Nr. 919. — Patin. p. 387. — Beg. Thes. Brand. II p. 829. — (Cat. Bent. I p. 544.)

237. Idem nummus, sed in ima aversa A. SIS. C. AE, I.

### Arcadius.

238. D. N. ARCADIVS. P. F. AVG. Cap. diademate decorum ad d. )( GLORIA. ROMANORVM. Imperator stans d. labarum, in quo monogramma Christi, s. globum tenet; infra CONST. AE, II.

Cat. Bent. I. p. 709. — (Beg. Thes. Brand. II p. 836.)

### Honorius.

239. D. N. HONORIVS. P. F. AVG. Cap. diademate decorum ad d. )( VICTORIA. AVGGG. B. Imperator stans d. labarum, in quo monogramma Christi, s. Victoriam tenet, laevoque pede hominem prostratum calcat; ad lat. dextr. S, ad sin. H (?), infra COMOB. AVR.

Tribus abhinc annis prope urbem nostram effossus. — Wichm. p. CXXXVI Nr. 935. — (Rasche II, 2 p. 356.)

### Leo VI. Sapiens.

240. ┼ LEON. BASILEVS. ROM. Cap. cruce insigne, usque ad corpus medium )( ┼ LEON. EN. ΘEO. BASILEVS. ROMEON. in area. AE, I.

Mionnet. p. 532. — Rasche II, 2 p. 1593. — Beg. Thes. Brand. II p. 858 hunc nummum Leoni III. Isauro tribuit.

Restat, ut ad res quasdam in hac nummorum recensione breviter expressas accuratius dilucidandas pauca addam. Litteris d. et s. manum dextram et sinistram significari, facile intellexerit lector. Quo metallo nummi sint confecti, litteris AVR. = aureus, AR. = argenteus, AE. = aereus, expressi; aereorum magnitudinem ad aliorum exemplum numeris I. II. III. appositis designavi, ut I. maximum, II. minorem, III minimum modulum indicet. Litteras in nummis ita deletas, ut quae fuerint nisi conjectura perspici non possit, minusculis scripsi. Nonnullorum nummorum epigraphas aut litteris junctis (nr. 16) aut minus usitatis (nr. 240) scriptas propter formarum inopiam singulis vulgaribusque excudendas curavi. Ex libris adscriptis ii, in quibus non plane iidem nummi, sed minore quodam discrimine illis discedentes depinguntur, uncis inclusi sunt.